BENEDICTUS PP. XIV.

Universis Xpifidelibus pntes litras inspecturis Salutem, et Aplicam ben. Ad augen. fidelium religionem, et animarum Salutem coelestibus Ecclie thesauris pia charitate intenti, omnibus utriusque Sexus Xpifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac Sacra Comune refectis, qui Ecclam SS. Cosmae, et Damiani Hospitalis Innocentium nuncup. Civitatis Hispalen (non tamen Regularium) cui Ecclie, ejusque cappellis, et altaribus, sive oibus, sive ex illis, eamque, seu eas, vel ea, aut illarum, seu illorum singulas, vel singula eccl. visitantes, nulla alia indulgea reperitur concessa, die festo eorundem SS. Cosmae, et Damiani a primis vesperis usque ad occasum Solis diei hmoi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro Xpianorum Principum concordia, haeresum extirpatione ac S. Matris Ecclie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam oium peccatorum suorum Indulgentiam, et remissionem misericorditer in Dno concedimus. Pntibus ad Septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si alias Xpifidelibus in quocumque alio anni die dictam Ecclam, seu Cappellam, aut Altare in ea sic visitantibus aliqua alia indulgea perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, vel si pro impetratione, pntatione, admissione seu publicatione pntium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, pntes nullae sint. Datum Romae apud Sctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XVIII Augusti MDCCXLI Pontus Nostri Anno Primo.

Gratis pro Deo, et ejus Servi

En 8 de octubre de 1741
Pass.do por el Cons.o dela S.ta Cruzada

D. Card.lis Passioneus

Nú: 749

DIPUTACIÓN DE SEVILLA
ARCHIVO

PERGAMINOS, 774
Hospital de los Inocentes, leg. 5

DIPUTACIÓN PROVINCIAL SEVILLA
ARCHIVO